

CODEX

CCCCLXXVII

D O

CARTORIO

D E

ALCOBACA

Al.  
ob.  
35






XVIII



395

Microfilmado de Novo  
Por falta de qualidade  
do 1º filme  
2/7/93  
Rui Lacerda









1

D. O. M.  
POSTERITATI. STV.  
DIOSAE.  
PVBlicAE. VTIliTATI  
NOBILIBVS. ANIMIS.  
LITERARVM. CVLTORI  
BVS.  
HAEC. MONVMENTA.  
F. IOSEPHVS. A. D. LAVRE  
TIO. NON. AVARVS.  
ALCOBATIAE.  
AN. MDCCLXXX. D.









Illmo et Rmo Domino Domino L<sup>tri</sup> MacD<sup>dri</sup>  
 Fr. Alexandro de Vasconcellos Cisterciensium Portugaliae  
 Dignissimo Generali atque Eleemosinario Maximo a Regiisque  
 consiliis  
 Fr. Iosephus a D. Laurentio  
 Felicitatem.

Non fortunae vel dignitati tuae adutendi causa, aut ad meum  
 emolumentum referendi gratia sicut solent illi, qui fortuna elapsa advolant omnes, sed  
 confirmata amicitia, et perspecta fide ex se ipsa orta, et sua sponte nata, hoc tibi  
 specimen, Praeclarissime Praesul, statui consecrare. Nam cum meus erga te amor nihil  
 aliud sit, nisi te ipsum diligere quem cum, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita:  
 profecto jam me propter tuam nobilitatem, justitiam, urbanitatem, caeterasque virtu-  
 tes a natura ipsa impulsam te colere iudicabis. Sibi etiam in saecula te esse Praesu-  
 lem, quem neque dignitas, neque fortuna, quia saepe homines sui obliviscuntur, a tuae  
 laudabilis mirandaeque virtutis constantia unquam conquassare potuerit. Quare  
 sicut nemo tuo Illmo MacDoct. Fr. Antonio Caldeira antecessore extitit felicior, ita ne-  
 que te maiorem fuisse, ut dicent plenius saecula, posteritati non vereor com-  
 mendare. Et cum virtutem necessario gloria sequatur: capis ergo virtutis tuae gloriosis-  
 simum fructum ex veritatis consensu. Amaris quidem ab omnibus in quantum mereris.  
 Haec cum animadvertam non Alexandrum, Magnam excitabo, nec Ptolemaeum, non  
 Marcum Aurelium Imperatorem, ut ad ipsorum exemplum hoc litterarum monumen-  
 tum benigne accipias; sed tuam benevolentiam considerabo, eaque ut benignus prospici-  
 cias contentus ero. Verum si huius operis paucitas te non mereri videatur; facile tuae  
 gratiae suffragio eam fore suppleturum te cum fiducia expectabo.

Valent, mihi crede, Praesul Sapientissime, haec specimina ad perfectionem naturae et arti-  
 um, easque tanto studiosius exequimur, quanto clavius antiquitatem versamus. Valet ad  
 Historiae utilitatem et incrementum, eamque tanto iis probare videmur, quanto diligentius inves-  
 tigamus. Valet igitur ad illas scientiarum asequendas perfectiones ex quibus ipsae prae-  
 clarum recipiunt splendorem. Non te fugit praeterea ipsa singularis utilitas et gloria in  
 Archivis Monasteriorum res temporum gestas fide narratas servandi; ut illustriores  
 Monachi semper ab initio tanto Ecclesiae et Reip. fructu naviter incubuere. In quod  
 ut incoepa perficias et nova instituas, felices te sospite, diutissime rerum Opifex an-  
 nos impendat. Vale Praesul Optime et Inclute. Alcobatiae Id. Novembr.

A. C. MDCCLXXX





Epistola grata. Ex. <sup>mi.</sup> ac <sup>mi.</sup> D<sup>ni</sup> Emmanuelis Episcopi Pacensis quondam Praeceptoris ac  
Paenitentiarum Serenissimi Principis Lusitanae D<sup>ni</sup> Iosephi, quam pro commisso prothotypo sarcopha-  
gi in vico Vallado reperti, me hunc libellum scribente, accepi, et eruditionis gratia hinc inserere visum fuit.

Iosepho a Sancto Laurentio  
Ordinis Cisterciens. Viro Religioso  
Emmanuel Episcopus Pacensis S. D.

Accepi litteras tuas iis diebus, quibus nec quod eas receperim te certum sciendi mihi nullus  
datus est locus: eo tempore in Diocesim exire properabam; et enim Pastoris officium oves suas quærere,  
atque cognoscere. Necum detuli epistolam tuam cum Exemplo inventi sarcophagi, quod ad me misisti,  
cum scias me his rebus astuare, quæ Patriæ namini amplificando sunt utilissimæ: Detuli vero ut his locis,  
romana antiquitatis custodibus, excirem desiderium, ac æmulationem relegendi occulta, et contem-  
ta recuperandi. Nil enim magis hominum negligentiam disculit ac aliorum fortuna, et exem-  
plum cum gloria conjunctum. In reditu volui quidam tecum communicare meam gratitudinem, quid-  
que sentirem; at animus, ac dies obruti negotiis; scrinia ipsa chartarum mole impedita exitinere, et  
stationum varietate ex oculis subduxerunt epistolam tuam usque dum pertempus licuit invenire.  
Næ felix tua interpretatio! Ego sic intelligo quemadmodum scribis. Habeant Vestrales in pra-  
tio inventum rarissimæ. Tu tamen exixe de precare ut illud scrvetur omni cum diligentia, decoris,  
ac utilitatis causa. Fac non presentium modo æstimationi inserviant Monumenta hæc felicissime  
reperita. Attrahe Præsides tuos ad hanc rationem conservandi, ac fovendi studia humanitatis: Ca-  
rum enim exercitatio, et cultus vetat ne ab animis effluat amor harum elegantiarum; ne etiam  
vincat tempus edax. De reliquo velim tibi persuadeas me in omnibus rebus satis amori tuo  
facturum. Vale. Pace Julia Prid. Calend. Decembres an. 1780.



# Monumenta Selecta

a Magistro R. Iosepho a Divo Laurentio olim Benedictino nunc Cisterciensis

## Monitio

En tibi, erudite lector, deliciae mentis. Castae nimirum deliciae Virorum nobilium, qui de his pro venerandae antiquitatis merito iudicare possunt. Scabas quidem gratis eorum partem, quae ego integer ocularis quae testis non nisi mea industria, et propriis expensis sine alicujus favore fuerim assequutus. Res est non parvi faciunda, nam apud omnes constitutum est pictores, sculptores, aut qui talia laboranda curant magnam in omnem partem ex veterum nominatis utilitatem capere posse. Nec est, credo, ab omni humanitate quisquam tam alienus, quem lectio virorum illustrium, et earum rerum, quae antequam nasceremur contingerint, nec non morum, celeberrimarum provinciarum, urbium, fluminum, et aedium sacrarum, virtutum, puta Nobilitatis, honor, Musarum chorus, et orthographiae non mirifice recreat. Profecto haec tibi oblata animo percipe benigne.

Vale

Anno a reparatione mundi 1773 mense Junii cum Olisipone Hederetur aquae ductus plateae argenteae, detectae fuerunt cryptae ex lapidibus confectae, ac diversarum viarum intricatissimo labyrintho divisae. Nihil praeter limum continebant. Itaque ego non labori parens, accuratè eas vidi et desinxi. Multae intus viae luto, lapidibus, et cinis obturabantur, per foramina desuper concisis. Busta fuere juxta antiquitatis morem mortuos condendi. Haec similes illi, quam refert Thesaurus antiquitatum Italicae de prisca episcopo Syracusarum situ tom. IV. Hujusmodi Romae et caeterae catacumbae.


Tamen cum his in cryptis situm habendi et claudendi reperculis portas, ac fuliginem testudini appensam viderem: his de causis hanc civitatem subterraneam in aliud ministerium fuisse addictam probabiliter conjicio. Favet praeterea meae sententiae lapis ibi paulo ante inventus, et quaedam domo prope servatus, nec non a me transcriptus, qui Esculapio aedem fuisse desuper dicatam testatur. Quod est: sacrum Esculapio Marcus Afranius Euporio, et Lucius Fabius Daphnus Augusto Municipio dedicarunt.

Descriptio lapidis prius inventi

SACRVM  
AESCVLAPO  
M-AFRANIVS-EVPORIO  
ET  
L-FABIVS-DAPHNV  
AVG  
MVNICIPIO-DC

(2)

Descriptio cryptarum, quarum terminus propter oblitatas vias ignoratur.



(1) Euporio et Daphnus sunt cognomina Graeca ex quibus ita nominatis deducta.

(2) municipium = appellat Olisiponem Plinius lib. III. cap. 22

(3) foramina cryptarum (2) cloacae plateae argenteae.  
(3) ingressus cryptarum. (4) Coenum et aqua impervia  
(5) transitus ubi portae collocabantur.



## Memoria ingentis pluviae

Anno a partu Virginis 1774 die 28 Decembris vespere hora sexta Alcobatiae rivi nimbis tumidi defluere caepere. Septima deinde hora ultrò citròque caelo tonitrua resonabant, quorum quidam aethera non tantum ingenti fragore quassit, quantum etiam tremere Alcobatiae caedes. Postea octava hora furentes jam excurrerant fluvii: ita ut nona hora extra alveum grandi habitantium periculo et labore diffunduntur: aquae ad undecimam usque. Tunc torrens undis pluvialibus auctus, per sata et vias decurrebat. Armenta jam in stabulis reboabant, consumptis ex illis 245 arietibus. Sternuntur segetes, arbores evelluntur, tractis undique lignis ab unda cum strage. Monasterium ad insulae instar aquae includebatur et nec Monachis deerat terror. Quare ad Ecclesiam tendentes humiles preces Sanctorum litania coram Eucharistia fuderunt. Horti pomaria, vireta, campi que gravissima aqua opprimebantur. Ita vero diluvies Alcobatiam inundavit, ut jam aedium portis praecebat. Huc fluviorum excessus, hic aquae superficies. Monasterii praeterea in hortis multi recentes ac fortissimi parietes, aquaeductus, et pontes sunt eversi. Graves lapides, latique muri contracti incredibili longitudine dispergebantur sub gurgite latentes. Interim in Alcobatiae pago gentes è domibus per scalas pensiles evadunt, alii auxilium clamant, alii nudi vagantur bona sua et fortunae ab aqua vehi videntes. Flori igitur undecima evanuit horrenda tempestas, quae summum ac semper memorabile damnum populis sici Batalha, et urbis Collipsonis, ubi quatuor homines perierunt intulit. Alcobatiae pons in via ad Collipsonem diruta fuit, terra ita effusa, ut quam plurima numismata prisca reperiebantur. Coeterum juxta fori pontem carbones, et Joannis III et Sebastiani Regum numi, et alia apud mercatores combusta tamquam antiquo sulfuris incendio mixta et conglutinata apparuerunt.

## De Monte Giresio vulgè Perez prope Braccaram

Juressum, cui raritatibus nullus similis, mons est excelsus et exquisitis arboribus numerosus, quo peregrinos lapides et plantas tenet penetrales naturae, et exquisitus mores ipse est mihi. Vallibus cumcenis circumstat in quas non tantum dilabuntur liquida fontes; sed etiam resiliunt ad mentis calcem salutiferae thermae. Ipsum lustravi; verum optata ibi priscae civitatis vestigia non reperi. Quare vulgè auctores ut veri expers merito contemnenda est.

## De Monte Bellar inter Portum et Penafidelem

Antiquitas Romanae gentis paucissimis nota, est montis Bellar culmen Vandonia appellatum memoriae dignum. Nam dum illud de industria ascenderem, plantarum rivulis et arboribus vestigiisque aedium muro sexdecim palmorum crassitudine, et unius circiter leucae circumcircumference conieci. Quaedam etiam propinqua domo lapides duos sibi detectos ac asservatos, ut infra depinguntur, transcripsi.



Fig. 1<sup>a</sup> Quae est: Dns. Manibus Sacris Viro Materno Seviro (S) Severo Consulii Merito Anno 23<sup>o</sup>.




Fig. 2<sup>a</sup> Cauro graecè sacrificatori taurorum. Pintam nomen insulae vel civitatis. Nabiae nomen cujusdam loci in Asia. Libens legitur LIBENS

(S) Sevir i. e. Sex viri, dignitas civilis, et Magistratus in Municipiis, Coloniais, et Praeturiis  
Extant hi lapides in domo Josephi Carneiro agricolae et caupinis



D · M ·  
 DVTIAE  
 TANCINI · F  
 AM · EANA ·  
 SILVANI · F  
 MATRI  
 P C

Figura 1<sup>a</sup>

Figura 2<sup>a</sup>



Clio Erato Thalia Calliope Melpomene Apollo Terpsichore Polyhymnia Urania Euterpe Aeternus somnus  
 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Habes, lector, quod de nostra Susitana siluit antiquitas, et quod nullis explorato plano plurimi per-  
 traxerunt. Quare multa hodie offendes praevis nova, quae in praecedentium scriptorum notitiam non ve-  
 nerunt. Nostra namque luce, non sine studio in Alcobacina ditione prope oppidum Vallado nuncupatum  
 admodum spatiosum agrum humanis ossibus, tegulis et lateribus fractis, ferri scoria, lapidibusque refertum no-  
 bis non tantum offert curiositas; quantum ibi magnam exstitisse populam, cui curi, numorum, ferri, et caetera-  
 rum divitiarum ingentem fuisse copiam ex compertis iudicium excitat. Praeterea quantum ibi gratum cae-  
 lum ac situs iucundum officeret oppidum nulli latebit. Verum ne ab incuria celebriora sepeliantur cogor com-  
 mentare, quod anno MDCLXXIV. in praedicto agro, inveniendi aratri ferro, repertus fuit lapis sepulchralis  
 in praedicti Alcobacensis muro prope oppidum Vallado hodie servatus, cuius inscriptio nisi melior corrigat  
 sententia ita mihi legi videtur Fig. 1<sup>a</sup> Dīs Manibus. Dvtiae Tancini, Filio Am. Eana. Silvani, Filio. Ma-  
 tri Ponere curavit. Deinde alter lapis eodem anno supra informe sepulchrum sequenti caractere V  
 exaratus apparuit. Tandem eodem agro non multis intercedentibus palmis, a relatiae inscriptionis loco inven-  
 tae, arande agricolae anno MDCLXXX. compertus est hic a me datus sarcophagus vel urna ex albo Italiae  
 jaspide novem palmos oblonga, tres lata, et alta duorum cum dimidio, quae exilibus lapidibus contexta sex aut se-  
 ptem crenata ac nonnullas argenteas aciebus digiti indicis longitudine intus continebat. Fig. 2<sup>a</sup> In extrema utrin-  
 que facie similes genii fascem contra terram extinguunt, quare silvae terminus subindicatur. In medio autem  
 facie Muses bin cum Lydine sculptas significari posse certo comprobatur. Quae et si varie tumultis, ordine, et  
 instrumentis representantur; tamen Thalia, Melpomene, Calliope, Urania, et Euterpe, sicut aliis inventis confe-  
 rantur sine proculdubio comparent. Scircò prima est Clio seu illustris, quae à fama gloriaque nomen oblinet,  
 et unice canere videtur. Secunda Erato seu amabilis, quae plectri vice utitur baculis, quibus tres veluti den-  
 tes intinguntur. Tertia Thalia ab ea, quam offert delectatione sic nuncupata, larvam latere habet sinistro. Qu-  
 arta Calliope a vocis suavitate, quae utpote Heroici carminis mater volumen Homeri tenet. Quinta Melpo-  
 mene, quae ut tragediae inventrix cultum tenens representari solet. Sexta Apollo in chori medio residens.  
 Septima Terpsichore musicum instrumentum cultro perficiens. Octava Polyhymnia ab ὕμνων seu  
 cantilenarum multitudine cum instrumento quodam, ut illi barbiton describit Horatius. Nona Urania  
 seu caelestis, inventrix astronomiae fertur et globum caelestem designat. Decima Euterpe seu florida, quae co-  
 mœdium instituit, larvam quoque sinistra extollit. Nil operis retro utpote par. et incubandum. Et tant



Extant hujusmodi quamplurima Romae anaglypha quae a Montfaucon I. tom. Antiquit. eadem cu duntur. Confer Ausonium Egid. Do. Orfer et Proculi hymnos in Misas. Natal. Comite de Ichnologie. Insuper in eodem etiam agro alii tres sarcophagi in formam lapide fuere inserti, nec non fictiles urnae lachrimatoriae saepe a ratro arena plenae. obviantur. Animadvertendum praeterea quod omnes hujus turuli figurae sunt media sui parte eminentes.

Alcobaticae ditione est pagus Scilicet de mato cognominatus, in quo sepulchralis lapis duorum patrum cum dimidio longitudine latitudineque quadratus prope Monasterii horreum extat. Illius quoque inscriptio eam fideliter transcripta et infra exhibita praeter latinam orthographiam: civitatis Collipponis nomen recte scribendi comprobat rationem.

D · M · S ·  
SVLPICIAE COL  
LIPPONESI · AN  
XXXV GALLAECVS  
R · S · L · VXORI  
P · P · C ·

Hoc est, Diis Manibus sacris. Sulpiciae Collipponensi, anno trigesimo quinto Gallaeus Romanus Syllanus uxori propria pecunia consecravit.

Singulares sunt haec siglae vel abbreviationes, R · S · L · quas et si ulli nunc certo explanare non valeo; tamen, nulla veritati injuria data, hunc sensum = Romanus Syllanus = divinationis gratia subjungo. Multa enim hujus generis et locutionum, lapidearum ruditati; multa vulgi dialecto vel decumenti aervo, suam debent originem. Tamen his omnibus epitaphiis a me dactis ea antiquae elegantiae tempore scripta fuisse ostenditur. Nam Consecratio, deinde mortui nomen, per se Elegium vel Aetas, denique nomen Curatoris, qui monumentum fieri curavit, distinctisque divisione, puncta introducta, characteres eleganter incisi, saecula aurei proferunt testimonium. Praeterea in magnificis epitaphiis haec observatur regula. Consecratio, mortis vel sepulturae mentio, nomen defuncti, elegium breve, dies aeternitatis et defuncti aetas, aliquando allocutio ad mortuum vel ad viatorem, et nomen curantis monumentum. Nota saeculo jam secundo De interpretandis Romanorum litteris etc? scripsit M. Valerius Probus, cujus liber proliit cum notis Henr. Ernestii, Sorae 1647. 4.

Ipsius etiam ditionis in oppido Alfeizario nuncupato alter ejusdem molis et figurae est lapis versis quandam domum innixus, ac perpolitis characteribus melius incisis; quemadmodum fide transfero.

TERENTIAE Q  
F · CAMIRAE  
TERENTIA DOC  
F · MAXVMA  
MATER

Id est: Terentiae, Quintio filio Camirae Terentinae \* doco fecit Maxuma Mater.

\* Terentina i. e. Sacrificia Terentina saecularia, quae ad annum et centesimum quoque tribus diebus noctibusque continu- is taurorum nigrorum victima celebrabantur. Ausonius in Ternario, 4. 34.

Trina terentino celebrata trinoctia ludo.

Unde lapis iste cujusdam divitis Matronae zelum celebrat. Hinc ex tot exquisitis monumentis merito suadeor Alcobaticae ditionis oram maritimam quondam opulentia et divitiis abundasse.







Imperator Caius Marcus Claudius  
Tacitus Augustus



Fides Militum. i.e. Veta XXII \*

\* Fides militum depicta cum duobus signis militaribus.

Licinius IIII Nobilis Caesar



Romaea et etnæe. Sapit Atticum  
Dialectum ex quo sic in latinum conver-  
to: Romae et genti. Populus Romanus.

Victoria spoliis insidens scribit clypeo vota XV. Nota ludi quos singulis pro salute Imperatorum  
avis votivos faciebant. Meminit Plinius lib. 7. Cap. 48.

Domino Constantino



Templerum reparatori.

\* Hinc quendam captivum pede imposito premit: de his consule Gregorium Nazianz. Orat. 4.  
in Julianum, et Divum Chrysost. Orat. in Eutropium. Equus hic succumbens, cui littera M inversa super-  
ponitur certe Maxensium devictum repræsentat. Illius enim victoria liberum Constantino imperium contulit.

Numisma num. 5. reperta fuit in Regno Valentiae. Numisma num. 4. in monte Viterbii, Caetera in vico Valado





































10







Co  
Al  
Se  
N.